



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In  
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini  
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut  
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac  
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van  
Coloniae Agrippinae, 1656**

De Observatione Ieiuniorum. Titulus XLVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

sancitorum in aliqua ecclesia, & transportandi ad partes, conceditur sub sola signatura vel per breve ex magna causa cum clausula de licentia superioris dictæ ecclesiæ, Staphyl. de rescript. apost. in form. breu. §. datur per breve numer. 16. & seqq. Mandos. de hg. grat. tit. licentia vers. licentia recipiendi reliquias &c. In festis † indictis ab universalis ecclesia comprovinciales Episcopi tenentur servare morem regionis sive Metropolitanæ Ecclesiæ, c. Consilium §. in festivitate ibi consuetudinem tuae regionis de observ. jejuni. Festa specialia Metropolitanæ Ecclesiæ non tenentur servare, sed in singulis diocesisibus servanda sunt, quæ singuli Episcopi cum clero & populo in suis diocesisibus duxerint veneranda, c. conquestus, ibi, caterisque solemnitatibus, quas singuli episcopi &c. de feriis, dummodo sint festivitates Sanctorum Canonizatorum vigilias non habentium, Specul. tri. de feriis §. 1. sub num. 1. in fin. vers. quod autem dixi, concordat decretum sacra congregatiō rituum factam 8. Aprilis 1628. Dies festi quo in dieceſi sua fervandos Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam regularibus serventur, c. censura §. dies fest. 25. In ecclesiis non sunt depingendæ imagines fibillarum, quia earum dicta approbantur ab ecclesia, non personæ, c. si quid veri 37. dist. & ibi post gloss. Can. Marq. de susan, in tract. de Iud. & alius in fidel. part. 3. n. 59.

## De Observatione Jejuniorum.

## Titulus XLVI.

## SUMMARIUM.

I. Jejuniū est subtractio prandii & post cœnam cuiuslibet cibi priuatio usque ad diem

- sequentem & abstinentia à carnibus & trahentibus sementinam originem à carnibus & à cibis delicatis, & pretiosis, & voluptatibus.  
 2. Potus frangit jejuniū quando quis de mane bibit non ad extinguidam sitim sed famem.  
 3. Quibus diebus jejunandum sit.  
 4. Suffraganei servare tenentur in ieuniis consuetudinem metropolitanæ ecclesia.  
 5. Vigiliae festivitatum cadentium in secunda feria precedenti sunt sabbathio jejunanda.  
 6. Omnes post vigesimum primum annum obligantur ad iejunium.  
 7. Senes post quinquaginta quinque annos excusantur à iejunio.  
 8. Carnium esu abstinendum est feria sexta & sabbato.  
 9. Si festum nativitatis dominica in sexta feria venire contigerit illi qui nec voto nec regulari observantia astrilli sunt, carnis  
bus vesci possunt.  
 10. In ieuniis solemnibus an quis possit vesci carnibus sine licentia episcopi.  
 11. Datur licentia à sede apostolica vescendi latrinius, ovis, & carnibus per breve de licentia utriusque medici.

**P**ROPTER Sanctorum Venerationem, & festivitatum devotionem, indicta sunt jejunia; ideo sequitur titulus de observatione jejuniorum. Jejuniū † est subtractio prandii, & post cœnam cuiuslibet cibi privatio usq; ad diem sequentem, c. fint tibi jejunia dist. 5. & c. solent dist. 1. de consecr. c. insuper seſſ. 25. de elect. cib. & abstinentia à carnibus, & trahentibus sementinam originem à carnibus, ut ab ovis, lacte, caseo, & abstinentia à cibis delicatis, & pretiosis, & voluptatibus, c. statuimus, & c. deniq; 4. dist. c. qui prodest, & c. seq. 86. dist. t. nihil enim prodest. de consecr.

2 consecr. dist. 5. Potus † frangit jejuniū quando quis de mane bibit non ad extingendum sitim, & sed famem, Angel. in ver. jejunium num. 4. Jejunandum † est, exceptis diebus dominicis, c. placuit. c. ne quis de consecr. dist. 3. laicis, & sacerdotibus, c. sacerdotibus de consecr. dist. 3. quadragesima tota, c. quadragesima de consecr. dist. 5. & non licet quinta feria ultimæ hebdomadæ jejunium solvere, c. non liceat, & c. seq. de consecr. dist. 3. quatuor temporibus, c. constituimus & cc. seqq. 76. dist. vigilia nativitatis dominicæ, & vigilia assumptionis Divæ Virginis, & matris, c. 1. hoc tit. & vigilia Pentecostes, c. nosse 76. dist. vigilia omnium Apostolorum in observatione jejuniū sunt observandæ, etiam S. Matthiæ, c. 1. h. tit. præter vigiliis Apostolorum Philippi & Iacobi, & Beati Ioannis Evangelistæ, quoniam ipsorum solemnitas intra solemnitatem paschalem, istius autem intra natalem Domini celebratur; c. Consilium in princ. hoc tit. præterea jejunandum est in vigiliis omnium sanctorum, S. Ioannis Bapt. & S. Laurentii, Innoc. in c. 1. hoc tit. sub num. 2. in rogationibus, sive Letaniis ante ascensionem Domini, c. rogationes de consecr. dist. 3. vel in iis servanda est consuetudo regionis, gl. in in d. c. rogationes in verb. jejunium, quia suffraganei † servare tenentur in jejunis consuetudinem regionis, sive Metropolitanæ ecclesiæ, c. utinam 76. dist. c. Consilium §. item de illis, ibi consuetudinem tua regionis hoc tit. & utробique gl. & DD. t. e. c. tis, inventa opportunitate, quæ pro varietate temporum, vel animalium, vellorum varia consuetudine introducta sunt; c. illa in fin. 1. 2. dist. c. jejunia de consecr. dist. 5. Vigiliae festivitatū † cadentium in secunda feria in præcedenti sunt Sabatho jejunandæ; c. 1. & c. 2. §. Sanctorum h. t. 6 Omnes † post vigesimum primum annum obligantur ad jejunium, ante vero obligantur, quia ætas illa non paritur, quoniam indiget puer, seu adolescens cibo frequentatio propter debilitatē naturæ, item cibus convertitur in augmentum, seu dilationē membrorum, & sic non sunt ita potentes ad jejunandum, sicut sunt majores: Pan. pos. B. Tho. in rub. hujus tit. num. 7. ubi etiam recensit diversas aliorum opiniones. Senes post quinquaginta quinque annos excusantur à jejunio, quia majores annis † quinquaginta quinque excusantur ab omni munere personali, l. 2. § fin. ff. de decurion. & c. l. 3. C. qui et vel profess. se excus. lib. 10. præterquam à ruta la, & cura, §. item major instit. de excus. tut. unica C. qui et se excus. Abstinendum est ab eis † carnium feria sexta, c. fin. hoc tot. c. de eis 8 consecr. dist. 3. & ibi gl. 1. A. bid. & Can. & Sabbatho, c. quia dies de consecr. dist. 5. c. Sabbatho de consecr. dist. 3. quod si festum nativitatis Dominicæ in sexta feria venire contigerit, illi qui nec voto, nec regulari obseruantia sunt astricti, carnibus propter festi excellentiam vesci possunt secundum generalem ecclesiæ consuetudinem, c. fin. hoc tit. c. quia dies de consecr. dist. 5. quia de festo non solum spiritualiter homines gaudere debent, sed etiam in cibis cum honestate possunt delegationem accipere, & circa jaætantiam vestibus magis pretiosis, Pan. in d. c. fin. nu. 2. hoc tit. & ibi Can. In jejunis † solemnibus etiam subsistente causa non potest quis vesci carnibus sine licentia Episcopi, quæ requiritur, ut Episcopus possit distinguere inter infirmitates; sed ubi necessitas est urgens, non delinquit, qui comedit carnes sine licentia; c. Consilium §. cum autem hoc tit. & ibi Pan. sub num. 4. datur licentia † à sede Apostolica ve scendi laeticiis, ovis, & carnibus per breve, de licentia utriusque medici, Mandoz. design. grat. tit. licentia vers. licentia vescendi laeticiis & vers. seqq. Guid. Pap. decis. 11. etiam in quadra-

quadragesima in qua solent excipi quarta  
& sexta feria ac sabbatum, cap. sabbato cap.  
jejunia sane de consecr. dist. 3. acta hebdo-  
mas sancta, c. i. c. non licet c. non oportet de  
consecr. dist. 3.

De ecclesiis adificandis, vel repa-  
randis.

### Titulus XLVIII.

De purificatione post partum.

### Titulus XLVII.

SVM MARIA.

- 1 Purificatio post partum ob reverentiam templi per legem mosaicam fuit introducta.
- 2 Postquam umbra legis evanuit si mulieres post prolem emissam acturæ gratias ecclesie intrare voluerint nulla inde peccati mole gravantur, si ex veneratione voluerint abstinere aliquantis per, earum devo-  
tio non reprobatur.

**I**EIVNIA indicta sunt ob reverentiam fe-  
tivitatum; purificatio post † partum ob  
reverentiam templi per legem Mosaicam;  
quia tamen gratia, & veritas per I E S V M  
Christum facta est, postquam † umbra le-  
gis evanuit, & illuxit Evangelii veritas, si  
mulieres post prolem emissam acturæ gra-  
tias ecclesiam intrare voluerint, nulla proin-  
de peccati mole gravantur, nec ecclesiarum  
est eis additur denegandus, ne pœna illis vi-  
deatur converti in culpam, si ex veneratio-  
ne voluerint aliquandiu abstinere, devo-  
tio earum non improbatur,  
c. unico hoc tit.

\*\*

Summe in Decretal.

SVM MARIA.

- 1 Ecclesia una in prauidicium alterius Ecclesia  
sive infra ipsius limites construere non debet.
- 2 Fallit primo quando non possunt parochiani  
ob locorum distantiam sive difficultatem  
sine magno incommodo Ecclesiam matri-  
cem adire, unde non valent congruo tem-  
pore ecclesiasticis officiis interesse.
- 3 Secundo, propter temporis qualitatem.
- 4 Tertio, propter incrementum populi.
- 5 Quarto, in leprosis quibus permittitur abs-  
que prauidicicio antiquarum parochialium  
habere ecclesiam propriam & präsbyte-  
rum.
- 6 Ecclesia construenda est auctoritate epi-  
scopi.
- 7 Praefinita per eum qui adificare vult dote  
qua sufficiat, si ecclesia est secundum nu-  
merum collegiorum & qualitatem col-  
legii ad luminaria & stipendia.
- 8 Si parochialis est ad sustentationem duorum  
ad minus vel trium.
- 9 Dotis constitutione omissa in fundatione, nō  
debet consecrari Ecclesia nisi dos ei prius  
fuerit assignata.
- 10 Quod si utroque tempore dotis constitutio  
omissa fuerit adhuc tenentur fundatores  
eorumq; heredes ad dotandum & eis non  
existentibus solvendo datur actio contra  
episcopum.
- 11 Ecclesia construenda non potest conferri pri-  
vilegium ut valeat ex tunica.
- 12 Neque etiam eidem potest donari.
- 13 Sed legari eidem ut heres institui potest.

P P P P P 14 PA-